

I. AdCorinthios

G ueniaret carnali Iudeo vel pagano, quomodo sibi ipsi si hoc esset, subueniri recte voluisse, portans viisque eorum infirmitatem in compassionis similitudinem, non fallens in mendaci fictione, sicut continuo sequitur & dicit: [Factus sum infirmis infirmus, ut infirmos lucifacere.] Hinc enim loquebatur, ut etiam omnia illa superiora diceret. Sicut ergo quod factus est infirmis infirmus, non erat mendacium, sic & cetera quae praenuntiavit. Quam enim dicit infirmitatem suam erga infirmos fuisse, nisi compatiendi eis intantum, ut ne videretur vedor euangelii, & verbi dei cursum apud imperitos in malam suspicionem decidens impeditret, nolle accipere quod ei iure dominico debebatur? Eo enim ipso factus est infirmus, quo potestate sua vita noluit. Tam misericordi scilicet induitus affectu, ut cogitaret quenadmodum secum agi vellet, si & ipse ita infirmaretur, ut posset de illis per quos sibi euangelium praedicaretur, si eos videret sumpus accipere, quasi mercimoniorum nundinas suspicari. Sic ergo illis qui corde infirmabantur, fa-

H dus est infirmus compunctione misericordiae, non simulatione fallaciam. Nam & qui ministrat aegrotu, fit tanquam aegrotus, non cu se febres habere mentitur, sed cum animo condolentis cogitat, quenadmodum sibi seruiri vellet si ipse aegrotaret. Iuxta quem sensum vniuersaliter subiungit: [Omnibus omnia factus sum, ut omnes facere saluos.] Quasi dicat: Quid diutius per partes enumerarem singula? Breuiter comprehendo, omnibus omnia factus sum, id est, quasi omnium sectarum essem. Omnibus omnia factus est, non mentientis astu, sed compatisiens affectu, id est, non omnia mala omnium fallaciter agendo, sed aliorum omnium malis omnibus tanquam si sua essem, misericordis medicina diligentiam procurando. Cogitat enim, ut homo, in eis virtutis etiam se esse possit, unde cupiebat alios liberare: & ita subueniebat illis, sicut sibi vellet subueniri, si ipse in eisdem virtutis esset. In se enim personas omnium pie transfigurans, ex se metroplo discebat qualiter vnicuique misereri debuisse, quatenus hoc singularis impederet, quod sibi ipse, si ita esset, impendi recte voluisse. Ita, inquit, me contempero omnibus, non quod mihi errores & vitia coru placeant, sed [sic] omnia [h]ec praedicta [facio] conformans me vnicuique [propter euangelium], ut particeps eius esset, id est, ut particeps sicut bona intentionis, quam habet euangelium erga salutem hominum. Vel omnia que dixi facio erga singulos quoque propter euangelium, ut possim eis illud dulciter inferre, & ego sia particeps remunerationis eius.

Nescitis quod bi qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed vnu accipit brauum? Sic currite ut comprehendatis. Omnis enim qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet. Et illi quidem ut corruptibile coronam accipiunt, nos autem incorruptam. Idecirco omnia facio propter euangelium, quia

nō aliter ero particeps eius. Necesse enim mihi est K vt omnia quae facienda sunt faciam, & ab omnibus à quibus abstinentum est abstineam, quoniam aliter euangeli coronam & remunerationem habere non potero. Quod evidenter appetit in hac similitudine quam nō propono. Nullus enim in stadio brauum accipit, nisi qui omnia quae facien- da sunt fecit, & hoc omnes mundana confuetudine potestis scire. Quia an nescitis quod hi q currunt in stadio, onnes quidem currunt, sed vnu accipit brauum? L Iacet enim omnes ibi sint in cursu & labore similes, tamen omnes inaniter currunt prater illum solum qui accipit brauum, quod est primum cursus. Stadium autem constat centum vigintiquinque passibus. Sed hoc loco, siue minus siue magis longitudinis habeat, vocatur stadium illud viae statum, per quod visque ad metā quandam solebat fieri cursus, ut postquam veniretur ad metam, esset standum. Vnde stadium à stando non nomen accepit. Brauum autem genus est palme, vel primum, quod currentibus proponitur. Omnes currunt, sed vnu qui currendo ceteros vincit, accipit brauum: quia fecit omnia quae pertinent ad cursum, & abstinuit ab omnibus quae impediunt. Sic & ego brauum superne remunerationis adipiscere non potero, nisi omnia quae currentibus facienda sunt fecero, & ab omnibus quae contraria sunt abstinero. Similiter & vnu quisque vestrum de se sentiat & legitime currat. Nam omnes quidem currunt, sed vnu accipit brauum. Currunt enim Iudei, currunt haeretici, currunt nonnulli Christiani qui ad vitam non sunt prae destinati: quia omnes isti in fine primum sperat se adepturos, & ad illud tendunt per vitę prelatum stadium. Sed vnu prae destinatorum Christianorum populus qui legitime currit accipit brauum: quoniam sola unitas eorum qui sunt corpus Christi, palma consequitur, & quia nō omnes qui currunt, accipiunt brauum, ideo [sic currite] faciendo quae ad cursum pertinent, & vitio quae impediunt, [vt comprehendatis] illud. Cautus & expeditos vos effici cōuenit in currēdo, ne forte contingat non comprehendere premū ad quod curritis. Non enim omnes comprehendunt illud. Currite credendo, sperando, desiderando, bene operando, corpus affligendo, orando, amando, & quibusque bonis studiis insitudo. Ita quidē est de his qui currunt. Sed de his qui pugilatur, audiamus. Nā cursor quisq; festinat ad brauum, sed [omnis qui in agone cōtendit, ab omnibus se abstinet], id est, omnis pugil q; in certamine pugnat, ab omnibus se abstinet, i. ab efcis & ceteris que impediunt agone, i. certamen. Sic & omnis Christia nus qui in arena huiusmodi cōtra diabolū luctatur, ab omnibus quae Christiani ad terrā implicat, debet abstinere. Nā & ideo christiane sumus vngui, quia luctatores sum⁹ effecti: & propterea sicut illi qui in arena luctatur, nudi sunt, ita & nos à nudatione reb⁹ spoliari esse debemus, ut amado nihil possideam⁹ in hoc seculo: quia nec maligni spūs cōtra quos est nobis lucta, quidq; in eo propriū possidet. Nudi: ergo cu nudis i. nihil possidētes cu nihil possidentibus

Nota.